Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



noluit enim post auditam uocem senis litteram quam
ceperat adimplere. Unde illi alii senes dixerunt;
in ueritate quem tu diligis et nos diligimus. quia
et deum per sua obedientia diligit. ITEM ALIUD.
Duo fratres carnales uenerunt in quodam mona
sterium habitare. et unus ex ipsis erat religiosus
ualde. alter obedientiam magnam habuit. Cum
autem abbas preciperet illi. fac hoc et faceret. et ite
rum fac illud et faceret. et in hoc gloriaretur
in monasterio quod tale habere et obedientiam in
dit ei frater suus ille religiosus. et dic intra semetip
sum; temptabo hunc si uera habeat et certam
obedientiam. Et ueniens ad abbatem dic ei. Tran
smitte fratrem meum mecum quoniam necessarius sum in
quodam loco. Et dimisit eum abbas. Cumque parti
ciscerentur. uolens temptare eum cum peuenis
sent ad flumen in quo erat multitudo corco
drillorum dic ei; descende in fluuium et transi.
Et descendit ille. et uenerunt corcodrilli et ceperunt
lingere corpus eius. et non eum nocuerunt. Quod cum
uidisset ille dic ei. Ascende de fluuio et eamus.
Et dum irent inuenerunt corpus mortuum iacens in uia;
et dic ille religiosus. Si haberemus aliquid ex uete
ramentis et mitteremus super illud. Cui frater. Oremus

et obedientia sanctis mirabile